

[299v]

**Vox clamantis,<sup>a</sup> Mariae amantis echo  
sive  
S. JOANNES NEPOMUCENUS,  
qvondam dilectus a Matre pulchrae dilectionis,<sup>b</sup>  
eidem tenerrima dilectione correspondens**

Hodie in theatro propositus ab infima grammatices classe  
Neo-Pragae 1724

**SCENA I.**

*Joannes et parvuli.*

Rosilus:	Euge, Joannes, floreos vide dies [...]dante plenos gratia, qvalem tuum Nomen meretur.
Florilus:	Caelitum augustus favor Te gloriosa Nestoris donet rude, Dum gratiosum nomen in Caelum feras.
5 Mel.: <sup>c</sup>	Si saepe rebus convenit nomen suis, In te, Joannes, saepius, namqve optime Te gratiosi nomen omenqve addecet.
Char.:	Qvod si venustas corporis pulchri libet Spectare dotes, legere praclaras licet In veritate gratias, clarum decus. Mellita svaves basia infigunt tuis Charites labellis, purpurascens rosae Rubea venustas, lilii candens nitor 10 Pulchre decoras pulchrius pingunt genas.
15	

---

4 Te] T. VC; Nestoris] Nestolis VC.

13 purpurascens] purpurascens centis VC.

---

<sup>a</sup> Cf. Is 40,3; Mt 3,3; Mc 1,3; Lc 3,4; Io 1,23.

<sup>b</sup> Cf. Sir 24,18.

<sup>c</sup> Jméno této a následující postavy se v rukopisu vyskytuje pouze ve zkratce a nejsme schopni je identifikovat.

- [300r]                   Compar Alexi Tindaris blandos amat  
                           Miscere lusus in oculis, Regum aemula  
                           Augustum in humili fronte majestas thronum  
                           Posuisse gestit; verticem tibi aurei  
 20                        Crines adornant, qvaevae sunt, in te omnia  
                           Gaudent abire decora. Jam nullam tua,  
                           Narcisse, forma gloriam, nullum amplius  
                           Refert honorem, gloria indignam aestima,  
                           Hanc si Joanni comparas.  
                           Sed quid refert?  
 25                        Joannes:                   Haec transiturae vanulus sunt formae honos.  
                           Florens juventa praeterit, genis rubens  
                           Cum transeunte flosculo transit rosa,  
                           Candens nigrescit lilium, frontis iubar,  
                           Desinit et ille dulcis oculorum nitor.  
 30                        Florilus:                   Mortale nempe quidquid est, tempus rapit.  
                           Verum perennis in animo tibi manet  
                           Dos gratiarum, temporis qvalem nequit  
                           Vicissitudo rapere, nisi malo velis  
                           Mutare nomen omni.  
                           Numquam feram,  
 35                        Joannes:                   Ut gratiosi nominis sancta exuam  
                           Animum innocentem gratia. Posthac mihi  
                           Futura princeps cura, virtutem ut colam,  
                           Omnem et nefandum crimen ut pestem horream.  
                           Hoc universi Conditor juste jubet,  
 40                        Amore summo dignus, hoc nomen meum  
                           Jure aequitatis exigit.
- Venit Mariophilus.*
- Mariophilus:                   Vive, unica  
    Cordis voluptas! Dulce delitium oculis!  
    Vive, o Joannes, aureos vovet dies  
    Tibi Mariophilus.
- [300v]
- Joannes:                           Gratias magnas tuis  
 45                        Pronus rependo gratis.  
                           Mariophilus:                   Unus meo  
    Amor in amore vixeras, vita innocens  
    Amore dignum fecerat, posthac age,  
    Serva innocentem Numinis semper sacras

---

25 transiturae] trasiturae VC.

- 50              Servando leges. Alteram adeo decet,  
                  Dei Parentem diligas. Adhuc enim  
                  Nihilum fuisti, jam suo tibi adfuit  
                  Virgo favore, dum piam ferens opem,  
                  Sterili parentum te dedit nasci thoro  
                  Et singulari gratia natum fovet  
55              Fovitque semper. Muneris memor tui,  
                  Venerare dulcem filius Matrem intimo  
                  Constans amore.
- Joannes:        Veneror Augustam Dei  
                  Meamque Matrem! Qvamdiu in mundo mihi  
                  Spirare dabitur, qvamdiu aetatis agam,  
60              Solemnius erit mihi nihil, qvam Te intimo,  
                  Maria, amore proseqvi. Posthac meis  
                  Meta est futura jaculis, qvae cor amans  
                  Vibrare novit. Animus affectu ebrius  
                  Te cogitabit, linqva gaudebit loqvi,  
65              Oculi videre, [ge]stiam totus tuos  
                  Implere nutus, obseqvia grata offeram.  
                  Sic Gratiarum Matris in vero omne  
                  Eris Joannes. Interim Mariae ectiphum  
                  Capesse pignus, qvod Marianos tibi  
70              Augeat amores teqve ad affectum excitet.  
                  O dulce mentis pignus, o svavis mei  
                  Dulcedo cordis, una spes animae, omnium  
                  O meta amorum! Pignus aeternam mihi  
                  Felicitatem nuntians, sortis meae  
75              Flos et corona, vita dum mihi favet,  
                  A corde foveo appendix magni indicem  
                  Et stimulum amoris, donec in Caeli domos,  
                  Aeternum amaturus Virginem, tecum ferar.<sup>d</sup>
- Mariophilus:  
70              Joannes:  
[301r]

**50** Dei] *originaliter in fine 49, metri causa transpositum in 50.*

**53** te dedit] *dedeit VC.*

**70** Augeat] *originaliter in fine 69, metri causa transpositum in 70; excitet] *excidet VC.**

**76** foveo appendix] *fowio pendium VC.*

**78** ferar] *feram VC.*

<sup>d</sup> Metricky chybny verš.

## NUMERUS II.

*Rosilus et parvuli.*

- [Rosilus]: Quid est, Rosile, qvod Mariophilus suum  
 80 Tibi favorem deneget? Cur non places?  
 Dotes Joannis aemulas, formam parem,  
 Nomen tulisti floridum. Nunquam aureus  
 Exoritur orbi Cinthius, nunquam occidit,  
 Ubi non Mariae mysticis textam rosis  
 85 Coronam adornes nec tamen pulchrum refers,  
 Testem favoris, praemium. Pulchrum tulit  
 Pignus Joannes et, Rosile, tu nihil.  
 Ferresne tantum dedecus? Non, non feram!  
 Pulchrum et venustum munus est, pungit suo  
 90 Oculos decore, pectus in anhelos citat  
 Continuo amores ac velut ferrum sua  
 Virtute magnes pertrahit, sic et meum  
 Decor et cupido pignoris pectus rapit.  
 Sed ambientis fiet ut primum satis  
 95 Voto Rosili. Nempe Joannes nequit  
 Hoc gloriari decore, qvo nostrum decet  
 Splendere pectus. Spondeo, erectum gemet!  
 Florile! Mi Narcissule ac omnes mei,  
 Gradum huc referte, parvuli, cito huc, cito!
- [301v] Florilus: En obsequentes provolant. Quid est, cito,  
 Qvod nos cito adesse jusseras? Refer cito!
- Rosilus: Est singulare qvidpiam, gratum, elegans,  
 Certe placebit. Sub rosa tamen velim  
 Illud tenete!
- Florilus: Marmorii dictum puta.
- 105 Parvulus 2: Nihil ego prodam.
- Parvulus 3: Rumpet innatas prius  
 Leges silendi fundulus, quam tua aliis  
 Secreta pandam.
- Parvulus 4: Citius elinqvem loqui  
 Videbis undam, linqua quam mea unicum  
 Prodat deinceps verbulum.

---

80 deneget] doneget VC.

- Rosilus:                                 *Vestrīs fidēm*  
 110                                     *Servatē dictis, consilia pando intima.*  
    *Exigua parvi temporis fluxit mora,*  
    *Qvando Joannes aureum Mariae ectiphon*  
    *Pro munere tulit idqve pendulum suo*  
    *A corde gestat.*
- Florilus:                                 *Qvis dedit?*  
 Rosilus:                                 *Mariophilus.*  
 115   Florilus:                         *Et qvid Rosillo?*  
    *Grande donabit nihil.*  
 Rosilus:                                 *Parvulus 2:*     *Ergone solus ille victricem omnibus*  
    *Palmam favoris praeripit?*  
    *Rosilus:*             *Ita est.*  
    *Parvulus:<sup>e</sup>*          *Et faves?*  
    *Rosilus:*             *Non faveo.*  
    *Parvulus 3:*       *Pateris?*  
    *Rosilus:*             *Nolo nec possum pati.*  
    *Nihil somnianti vindici paena eruam*  
 120                                     *Pignus Joanni. Vos modo amplexi meas*  
    *Amate partes et dolum dolo addite.*  
    *Pars magna vosmet praemii mecum manet.*  
    *Florilus:*             *Sumus obseqventes. Qvis dolus primum placet?*  
    *Rosilus:*             *Occasione proxima amplexum imprimam*  
 125                                     *Arteqve stringam pectori. Nihil minus*  
    *Tunc suspicanti svaviter donum eruam.*  
    *Parvulus 3:*       *Rosile, tenta brevie<sup>f</sup> in nobis.*  
    *Rosilus:*             *Vide,*  
    *Sic faxo!<sup>g</sup>*  
    *Parvulus 4:*       *Belle est! Optime cedant doli.*

<sup>117</sup> praeripit] praeriripit VC; Rosilus] Flor. VC; Parvulus] Ros. VC.

<sup>118</sup> Rosilus] Flor. VC; Rosilus] Flor. 2 VC.

<sup>119</sup> somnianti] somni anti VC.

<sup>121</sup> addite] adite VC.

<sup>124</sup> imprimam] imprimma VC.

<sup>e</sup> Replika patří některému z chlapců nebo Florilovi. Je však možné, že Florilus a Chlapec 2 jsou jedna a táz postava. Tomu by nasvědčovalo i chybné označení postavy jako *Flor. 2* ve v. 118 (možná kontaminace s *Parvulus 2*). Proto jsme zde zvolili označení Chlapec, podobně viz v. 476 (zde může být Chlapec totožný s Rosilem).

<sup>f</sup> *Brevie*, adv. od adj. *brevis*, e, klas. *breviter*.

<sup>g</sup> *Faxo*, arch. 1. sg. fut. II., klas. *fecero*.

## NUMERUS III.

*Joannes, parvuli, Genius florae.*

- [302r] Parvulus 1: Amaena ridet aura, qvam veris<sup>h</sup> seqvor,  
 130 Simul et serena Thraciae in campos vehunt  
 Animae qvadrigae.  
 Parvulus 2: Jam procul maesta exulant,  
 Ridente caelo, nubila. Et sensim polo  
 Sereniores promicant soles!  
 Joannes: Placet  
 Distractione perfriu. Vernans dies  
 135 Amaenitatem postulat. Dulcis mihi  
 Florae voluptas paeplacet, pulchris libet  
 Me recreare flosculis. Hortum ambio.  
 Genius florae: Ave, tenellum floridae aetatis decus!  
 Sidus iuventae! Blanda pueritiae rosa  
 140 Et gloriosus floribus nostris honor!  
 Joannes: Fave, venustis gaudeam Florae thoris.  
 Genius florae: Faveo libenter, qvando praesentem faves  
 Te mihi, Joannes. Floridos inter sinus  
 Florens perenna! Spiret hic sibi leves  
 145 Favonius auras et vagus frondem increpet  
 Teneroqe lusu gramini illudat, fragrans  
 Florum venustas distrahat oculos, odor  
 Nares amaene mulceat, amusas manus  
 Flos purpurascens basiet et ornet caput.  
 Omnis voluptas, omne delitium suis  
 150 Obseqvia praeestet nutibus!  
 Joannes: Non haec meo,  
 Sed Gratiuae Virginis Matris velim  
 Venire amori. Misticae dignos Rosae  
 Rosa haec honores deferat. Semper suo  
 155 Candore pulchram Virginem casto albicans

131 qvadrigae] qvadriga VC.

148 Nares] naves VC.

151 Obseqvia] originaliter in fine 150, metri causa transpositum in 151.

153 Misticae] misticie VC.

155 albicans] albiganus VC.

<sup>h</sup> Veris zřejmě významově patří k *aura*.

- Narcissus ornet. Cedat pulchrum decus tulipae venustas  
 Tuqve, praecelsa nitens submissione viola, Virgineis caput<sup>i</sup>  
 Substerne plantis! Caeteri, qvotqvot tulit  
 Faecunda tellus flosculos, qvotqvot feret,  
 160 Florete et almae Numinis Matri inclytos  
 Cedite in honores! Hanc enim flores decet  
 Spirare amanter Virginem. O clemens! Pia!  
 Dulcis Maria!<sup>j</sup> Flosculos qvot fert humus,  
 Tot ex amanti corcula effundat sinu!  
 [302v] Caelo qvot ardent stellulae, Virgo, Tui  
 Tot sint amoris linquvulae! Qvotqvot mare  
 Vastum recenset guttulas, tot sint Duo,  
 Praestet, decori gemmulas! O Caeli Amor  
 Honorqe terrae! Splendidum mundi Decus!  
 170 Indulge amanti gratiam! Vivam Duo  
 Moriarqe amori! Modo peroptatum fave,  
 Virgo, favorem! Parvuli, jam sat datum  
 Amaenitati, qvisqve jam suos Lares  
 Laetus resistat!
- |                    |  |
|--------------------|--|
| Omnes:             | Flora, peramanter vale!  |
| 175 Genius florae: | Et tu, juventas, dulce delicium mei,<br>Vive et perenna! Floridos posthac dies<br>Agito superstes et iterum nostros tueri<br>Recrea Penates. |
- Rosilus: Jam dolis locus favet.  
 Ave, Joannes!
- |              |  |
|--------------|--|
| Joannes:     | Parvulis sit dulce ave!                    |
| 180 Rosilus: | Qvo vestra tendunt vota? Qvis viae scopus? |
- Nos hilariorum gratia umbrosum nemus  
 Ambimus.
- Joannes: Ampla vovo et menti seges  
 Solatiorum.
- Rosilus: Si libeat, Achatem age!

156 Narcissus] Narcissum VC.

157 praecelsa] praecensa VC.

166 amoris] amores VC.

175 delicium] delicit VC.

180 om.] in initio falso Joannes VC.

<sup>i</sup> V. 156–157 metricky nejasné, zřejmě zapsány tři verše do dvou řádků.

<sup>j</sup> Narážka na invokaci z mariánského hymnu Salve Regina: *O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.*

Joannes: Sat hilariorum est, vivite!  
 Rosilus: Amplexum cape.

#### NUMERUS IV.

*Rosilus et parvuli illius.*

- 185 Parvulus 1: Aves cupito pignore?  
 Rosilus: E voto cessit dolus.  
 Parvulus 2: Ostende, amabo.  
 Rosilus: Curiositas, age!  
             Sed tange! Cujus generis?  
 Parvulus 2: Hoc pridem scio,  
             Est faeminini.  
 Rosilus: Jam rogas?  
 Parvulus 2: Pulchre rogo.  
 Rosilus: Pulcherrimum istud pignus est. Pulcherrime  
             Roga.  
 190 Parvulus 2: Aj, omittre nunc jocos.  
 Rosilus: Praeter jocum.  
             Pulcherrime roga, videre si cupis.  
 Parvulus 2: Pulcherrime rogo.  
 Rosilus: Serio?  
 Parvulus 2: Ita.  
 Rosilus: Jam vide!  
             Malepartus<sup>k</sup> error, per qvem labirinthi in via  
             Errare dignus.  
 Parvulus 2: Et qvis est, qvid te improbus  
 [303r] Rosilus: Delusit error?  
             Pignoris decus  
             Eripere anhelo, cum albus intrudit meae  
             Sese lapillus dexteræ, qvalem nigro  
             Notes lapillo: „Nempe praepropera tulit  
             Paenas cupido.“  
 Parvulus 3: Cautius posthac dolum  
 200           Tractare lusus parvulos docet dolus.

188 Pulchre] Pulherrime VC.

195 error] errorr VC.

<sup>k</sup> Jako jedno slovo není ve slovnících doloženo.

- Periclitare! Fraudibus rursum novis  
Aufferto pignus!
- Rosilus:            Illud est, semper meum  
Qvod torqvet animum! Fas sit aut nefas, parum  
Refert, Joannes pignus ablatum gemit.
- 205 [Parvulus]:    Qvam tu statutae machinam fraudi paras?  
[Rosilus]:          Ad hilaritatem fertur innata indolis  
Propensione, fac eum ad lusum allice.  
Ut est facetus, facile consensum dabit.  
Tum vero amaena qvando lassatos qvies  
Fovebit artus, Orfeus promat melos,  
Ut sic amicus Morfeus sensus riget.  
Tunc afferendum censeo. Datam inveni  
Pro fraude praxim. Sed novas nunqvid placet  
Tentare fraudes, qvae dolum dolo tegant?
- 210 215 [Parvulus]:    Qvam excogitasti?  
[Rosilus]:          Pulchrius factum aestimo,  
Ne afferatur integre, furunculi  
Ne resciantur, aut aliquae in illos cadant  
Suspiciones.
- [Parvulus]:        Qvid igitur factu optimum?  
[Rosilus]:          Sic cogitabam: Pignoris docte aemulum  
Substitue pignus et Mariophili rape.  
Et ita Joannem fraude deludes nova,  
Finem asseqveris pignore ablato et tui  
Etiam latebunt optime furunculi.
- 220 225 [Parvulus]:    En, ut peritus doli textor. Tuos  
Astus probamus, hic modus nobis placet.

## NUMERUS V.

*Mariophilus, Joannes, parvuli.*

- [Mariophilus]: Est hoc amantium proprium, si qvos amant  
Sincero amore, pignoris pulchri vicem

---

204 Refert] originaliter in fine 203, metri causa transpositum in 204.

206 indolis] indoli VC.

212 Datam] dotam VC.

216 furunculi] frunculi VC.

224 doli] dolit VC.

---

<sup>1</sup> *Excogitasti*, stažený tvar perf. kmene od *excogitavisti* (v rkp. obvykle stažený tvar naznačený přízvukem); podobně viz *recreārat* (v. 351), *mutāset* (v. 455), *interrogāsti* (v. 497).

- [303v]                    Donant amato corculum. O pulchrae Parenſ  
                              Dilectionis, post Deum princeps meo  
 230                       Vivis in amore! Jesuli Te corde amo  
                              Et vos amate, parvuli.  
 Parvulus 1:             Maria, intimo  
                              Te corde amamus! O Amor mentis meae!  
 Parvulus 2:             Tu matre svavi svavior! Dulci patre  
                              Longe, Maria, dulcior! Qvoties Tuum  
 235                       Hoc dulce nomen auribus, qvoties meo  
                              Occurrit animo, lactea totum affluit  
                              Cor svavitate.  
 Parvulus 3:             Nominans linqva in favum  
                              Mellis redundat, cogitans castas calet  
                              Pectus in amoris flammulas, ardet Tuo  
 240                       Totum ex amore.  
 Parvulus 4:             Liceat, o Virgo, Tui  
                              Amore paenis concremer et iterum novos  
                              Cinis in amores ammer.<sup>m</sup> O Amor meus!  
                              Delitium amantis pectoris dulcissimum!  
 Joannes:               O, si universa mihi forent<sup>n</sup> corda, omnibus  
 245                       Flamas amoris adderem. Ardescent Tui  
                              Omnia ab amore! Jesuli cor et meum  
                              In dotem amoris offero! Accipe, o Amor  
                              Meus! Et amore reciprocum adamanti fave!

### Cantus

Maria, ave, affectum fave, tibi in victima cor offero.<sup>o</sup>

*Venit Rosilus.*

- [Rosilus]:              Qvod dulce nostras pervenit in aures melos?  
 250    Parvulus 1:       Silet, svavis Morfeus amantem fovet  
                              Et amat Joannem.  
 Rosilus:                Cedite et svavi pede  
                              Nec quis tumultu Morfeum dulcem avocet.  
                              Cito jamque nostras tempus et locus juvat  
                              Implere fraudes.  
 Parvulus:               Svaviter, qvaeso, ambula.

245 Ardescent] ardecent VC.

<sup>m</sup> Ammer, zde snad konj. prez. pas. od slovesa *amare*. Druhé m zřejmě přidáno z metrických důvodů.

<sup>n</sup> Forent, konj. imperf., obvykle *essent*.

<sup>o</sup> První verš nezjištěné mariánské písničce nebo písničky složené přímo pro tuto hru.

*Eripit pignus.*

255 Rosilus: Bene est, abite, pignus optatum fero.

[304r]

### NUMERUS VI.

*Joannes.*

260 Joannes: Jesus! Maria! Quid ago? Dormio? At meum  
Cor vigilat Almae Virgini.<sup>p</sup> O svavis mihi  
Somni voluptas, qvam suo dulcis favet  
Mater Joanni millies! O Virgo, ave!  
265 Te, dulce pignus, basio. Sed heu, meos  
Qvid terret oculos? Rubuit in genis rosa  
Et albicabat lilyum, jam, proh dolor,  
Lilia nigredo, pallor exceptit rosas,  
Decorem amaenum maestus eripuit color.  
270 O Virgo luna pulchrior, qvid te eripis  
Tibimet ipsi? Quid Tuum tolis decus?  
O Pulchritudo pulchra nimis, ut qvid negas  
Oris venusti gloriam? An aliquid Duo,  
O Gratiosa Virgo, conspectu indecens  
Egisse volui? Nescio, si qvid tamen  
Actum est, benigne gratiam erratis fave!  
A me patrandum provides forsitan scelus?  
Averte, Mater, crimine offendam Deum!  
Quid si favore pristino Mariae excidi?  
275 Tuus, o Maria, sit mihi propitius favor!  
An non amavi Te satis, pulchrae Parens  
Dilectionis? Integro Te corde amo!  
Calamitatem forte nuncias? Tuis  
Succure, Mater, gratias! Si qvae ingruunt  
Calamitates, amove et rursum Tua  
Fave intueri decora!<sup>q</sup>  
280 Si Te piae lacrimae precesque et vota movent,  
Te Gratiosa, ut ante, Joanni exhibe!

256 At] ut VC.

271 Actum est] originaliter in fine 270, metri causa transpositum in 271.

277 Dilectionis] originaliter in fine 276, metri causa transpositum in 277.

<sup>p</sup> Vigilat Almae Virgini, zde neobvyklá vazba s dativem.

<sup>q</sup> Neúplný verš.

285                   Liqvescit animus gaudio et radius spei  
Affulget aliquis. Caelites, rem ipsam date!

[304v]

## NUMERUS VII.

*Rosilus, parvuli, latrones.*

Rosilus:           Evax, beamur! Phaebus optatam tulit  
In vota lucem. Placida tentatae annuit  
Fortuna fraudi. Pignus ablatum dabit  
Felicitatem maximam, paenas favor  
290                 Luit odiosus. Scilicet optime invidus  
Comes favorem seqvitur et ferri nequit  
Uni negatus, alteri oblatus favor.  
Risus dolores misceat, maesto ingemmat  
Qvestu Joannis, gaudiis datum satis,  
295                 Ubi tam venusto pignore beatus fuit.  
Agedum, juventus laeta, festivos  
Age plausus, hilaritas defluat in animi  
Sinus! Frondea Dianaem nemora lustrare libeat.  
Pulchri theatrum gaudii hic, ubi liqvida  
300                 Visum voluptas recreat et aures melos.  
Nempe hoc triumphis adjici nostris decet,  
Ut pascat oculos scaena laetitia, artifex  
Postquam cupitum pignus eripuit manus.  
Agite et anhelos illico in amanum nemus  
305                 Urgete gressus, qva amabilis meos  
Delectat oculos silvula! O, qvantum virens  
Arbuscularum gratia aspectum rapit!  
Hic blandiore per leves ramos volant  
Zephyri meatu perqve digestum arborum  
310                 Ordine senatum basiis ludunt. Qvies  
Hic placida regnat, svave delitium oculis  
Pulchre perennat. Hic agit dulce otium,  
Hic svavitate musices<sup>r</sup> pulchrae insonat

<sup>293</sup> maesto] nesto VC.

<sup>300</sup> recreat] recrea VC.

<sup>302</sup> laetitia] laetita VC; artifex] originaliter *in initio 303, metri causa transpositum in 302.*

<sup>309</sup> Zephyri] Sephiri VC; arborum] arborem VC.

<sup>310</sup> Qvies] originaliter *in initio 311, metri causa transpositum in 310.*

<sup>r</sup> *Musices*, gen. sg. od méně obvyklého subst. *musice, es, f.* (podle řec. *músiké*).

	Nostris voluptas auribus. Visum rapit
315	Jucunditate silvula, auditum melos
[305r]	Dulcedine replet, hic ego paradisum aestimo!
	Qvis clamor aurae personat? <sup>s</sup> Metum incutit
	Fragor horrendus! Parvuli, fugam otius <sup>t</sup>
	Arripite! Fugite! Heus, fugite! Praedam cohors
320	Necem minatur omnibus!
	Praedo 1: Praedam inseqvor.
	Praedo 2: Qva parte fuit? Inseqvere, heus, cito, cito,
	Inseqvere praedam! Tesqua percurre omnia!
	Praedo 3: Ubi est nefanda bellua? Ut nostro cadat
	Victima furori?
	Praedo: Currite et silvae vias
325	Lustremus omnes!
	Praedo 5: An tenes praedam?
	Praedo 6: Nihil.
	Praedo: Ubi latet infandum scelus?
	Praedo 5: Totam sagax
	Perlustro silvam nec tamen possum impiam
	Avidus videre belluam!
	Praedo 6: Deniqve abiit,
	Erupit, evasit. <sup>u</sup> Scelus dirum!
	Praedo 5: Unicam
330	Duntaxat habeo reculam, qvam prae metu
	Amisit aliquis.
	Praedo 1: Haec Matris Dei
	Sancta est imago! Gratiae haec Mater mihi
	Dilecta semper fuerit. Hanc cerno lubens
	Piisqve veneror basiis, semper mea
	Veneratione digna, majores feret
	Posthac amores! Interim appendo arbori,
335	Ut transeuntes nemora devoto colant

<sup>s</sup> 325 Nihil] originaliter in initio 326, metri causa transpositum in 326.

<sup>t</sup> 326 infandum] infandum infandum VC; Totam sagax] originaliter in initio 327, metri causa transpositum in 326.

<sup>s</sup> Clamor aurae personat, zde neobvyklá vazba s dativem.

<sup>t</sup> Otius, hyperkorektní tvar, klas. *ocius*, v raném novověku též *ocys*. Viz také v. 358.

<sup>u</sup> Cf. Cicero, Oratio in Catilinam 2,1 (*Abit, excessit, evasit, erupit*). Toto místo se často cituje v příručkách jako příklad pro klimax.

340

Honore Matrem. Saepius vero meam  
 Ipse pietatem poplite lunato offeram  
 Aveqve dicam Virgini. Spero, suas  
 Clemens latroni gratias Virgo dabit.

### NUMERUS VIII.

*Joannes, Mariophilus, parvuli.*

345

[305v]

350

Joannes: Qvod ante maestis vulnus impressum est fibris,  
 Adhuc dolentem cruceat<sup>v</sup> et crescens dolor  
 Funesta pigro membra constringit gelu.  
 Clemens Maria, Gratiae dulcis Parens,  
 Adhucne roseas subtrahis mihi genas?  
 Qvo usqve<sup>w</sup> pulchri gloriam vultus tegis?  
 Sole pulchro pulchrior Virgo! Te ego  
 Ut vidi, amavi. Jam †dolorosus jubes  
 Fudisse spetus, † gratia aspectus Tui  
 Me recrearat prius, ad affligit  
 Maestasqve cogit lacrimas. Mariophile  
 Svavissime! Mei dulce lenimen animi,  
 Opem patronam porridge!

355

Mariophilus: En, adsum piis  
 Chari clientis uestibus. Quid me jubes?  
 Nosti paratam nutibus mentem<sup>x</sup> omnibus.

Joannes: Vide gementem, si tibi curae est tuus  
 Charis, propitios Virginis redde otius  
 Mihi favores.

360

Mariophilus: Semper his suum favet  
 Virgo Joannem, gratia hic nunquam excidit.  
 Joannes: Sed excidisse gratia inamaenae probant  
 Genae et negatus lilianti oris nitor.

338 Honore] honorem VC.

339 pietatem] pietate VC; offeram] offera VC.

347 Qvo usqve] originaliter in fine 346, metri causa transpositum in 347.

349 Ut] et VC.

351 ad] at VC.

361 inamaenae] in amaene VC.

362 nitor] litor VC.

<sup>v</sup> Doložené pouze sloveso *cruciare*.

<sup>w</sup> Snad narázka na začátek Ciceronovy řeči *Oratio in Catilinam* 1, což byla obvyklá školní četba.

<sup>x</sup> Zde i dále bez písářské zkratky často vynecháno v ak. sg. koncové -m. Tato slova mlčky rozepisujeme.

- Mariophilus: Opinione luderis.  
 Joannes: Vide, ut genas  
 Alias amaena Virgo maerore induit.
- 365 Mariophilus: Non cedo dictis, luderis, lusum brevi  
 Te non negabis, pristinum postqvam decus  
 In Gratiosa Virgine admirans leges.  
 Joannes: Sed qvando, amabo?  
 [Mariophilus]: Pauca momenta effluent.  
 Jam laetiora proximus Phaebus dabit.
- 370 Joannes: O me beatum! Gaudio magno afficis  
 Joannem amantem!  
 Mariophilus: Silvulae laetae interim  
 Maestum Joannem recreent.  
 Joannes: Silvam horreo,  
 Illam latrones incolunt.  
 Mariophilus: Vano expedi  
 Horrore pectus, namqve secure ambulas,  
 Procul periclis, dum viae comes seqvor.
- 375 Joannes: En obsequentem.  
 Mariophilus: Vive amaenus et spei  
 Beatoris plenus! Hic hilari pede  
 Oculoqve amaeno viride perlustra nemus!
- [306r] Joannes: Papae, venustum subjicit sese meis  
 Hic pignus oculis, pignori compar meo!  
 Mariophile, vide, ut arbori appensum nitet!  
 Euge, Joannes! Pignus hic tuum vides!  
 Joannes: Mariophile, meum?  
 Mariophilus: Qvod vides, pignus tuum est.  
 Joannes: Sed nunqvid istud est meum?  
 Mariophilus: Tuum putas,  
 Putare vero saepius falli fuit  
 Et tu te ipsum decipis, qvando tuum  
 Hoc esse pignus credis.  
 [Joannes]: Et non sit meum?  
 Mariophilus: Non est. Qvod arbor pendulum gerit, tuum  
 Venerare pignus. Hoc tibi qvondam obtuli.

366 postqvam] post qa VC.

368 effluent] efflagent VC.

369 Phaebus] fabas VC.

379 venustum] venustrum VC.

381 nitet] mitet VC.

- 390      Joannes:      Et est, qvod inqvis?  
               Mariophilus:      Non vides pulchra inclyta  
                                   Rubore mala, candidis pictas rotis  
                                   Et svavitate mellea dulces genas?  
                                   Oris venusti gratiam, frontis jubar?  
                                   Decus oculorum?  
               Joannes:      Caelites, qvae me mihi  
 395                         Gaudia reponunt! Pignus es meum, mea es,  
                                   Es mea Maria! Gaudium meum unicum,  
                                   Amor! Voluptas! Cura! Deliciae! Qvies!  
                                   Te mille veneror basiis, mille amplius  
                                   Votis cupitum! Cereus, Tuos fluo  
 400                         Totus in amores! Pectori ardenti opprimo  
                                   Te, dulce pignus! Omnia meta et scopus  
                                   Unicus amorum! Svave delicium animi!  
               Mariophilus:      Evax, Joannes! Pignus amissum tenes!  
               Joannes:      Teneo beatus! Verum age! Qvis istud dedit?  
 405                         Qvis, qvaeso, pignus arbori appendit meum?  
               Mariophilus:      Ne qvaeras, parvae vix fluunt morae, scies.  
               Joannes:      †Liqves appenes ut ista animus tempus et lupe gaudiis,  
                                   Plausus agit. †  
 [306v]                    Cor hilarescit meum, sentio in linqua favum,  
                                   Amaenitatem vix suam pectus capit.  
 410                         Age, in triumphos, Mariophile, meos abi!  
                                   Et me faceto silvula applausu beet  
                                   Et vos choreas, faunulli, laeti date!  
               Faunullus:      En, obseqventes faunullos, si qvid placet,  
                                   Nutus in omnes cereis jube, impera!  
 415                         Imperium amamus exeqvi.  
               Joannes:      Nostris date  
                                   Plausus triumphis.  
               Faunullus:      Si placet, salvet leges  
                                   Pes, in choreas gaudio applausus damus.

400 ardenti] ardent VC.

403 amissum] amistum VC.

406 qvaeras] qvaeso VC.

408 Cor hilarescit meum] cor hilare scibleum VC.

412 choreas] horeos VC.

413 Faunullus] Joannes VC.

<sup>y</sup> Slova *liqves ut animus gaudiis, plausus agit* jsou v rukopisu označená křížkem, ostatní tečkou. Křížkem označená slova tvoří metricky správný verš, smysl však zůstává nejasný. Místo *liqves ut* snad mělo být *liqvescitur*.

- Joannes: Placet.  
 Faunullus: Sonoras Orfeus crispel liras,  
 Nos in choreas flexiles pedes damus.

### NUMERUS IX.

*Parvuli et Joannes.*

- 420 Parvulus 1: Adhuc tremendo membra constringit gelu  
 Incus horror. Aspice, ut totus tremo.  
 [Rosilus]: Mihi rigescens genua collidit pavor,  
 Tremit Rosili panico pectus metu.  
 Vix spiro, terror spiritus omnes demit.  
 425 Sic nempe terret rapida latronum falanx,  
 In innocentes improbi agnellos lupi  
 Saeve furentes. O quam bene est, dentem horridum<sup>z</sup>  
 Non incidisse, victima infandae necis  
 Certi fuissent parvuli. Posthac ave,  
 430 Inimica abire nemora quisquis cupis,  
 Servare vitam. Cautior didici fidem  
 Et me Diana pluries<sup>aa</sup> nunquam dare.  
 Absorbeatur debitus Averno locus,  
 [307r] Infame totus conflagret dignus Stige  
 435 Suosque diris incolas curat rogis!

*Exigit ex silva.*

- Joannes: Redeo beatus, pignus optatam attulit  
 Felicitatem, gaudia ubertim affluunt.  
 Mariophilus: Vivis beatus, neminem credo tuae  
 Beatitatis aemulum, solus dies  
 440 Omni refectos gaudio, felix, agis.  
 Joannes: Tu, svave pignus, recreas, tu me beas!

*Obviam fit Rosilus.*

- Rosilus: Ave, Joannes, †reciprocum pronus meis  
 Ludor. † Jubilis plenum refert  
 Ex nemore gressum, laetus hilarisqve ambulat.

<sup>427</sup> dentem] dente VC.

<sup>428</sup> necis] mecis VC.

<sup>433</sup> Absorbeatur] absorbea VC.

<sup>435</sup> incolas] incola VC.

<sup>z</sup> Metricky i významově nejasný verš.

<sup>aa</sup> *Pluries*, klas. *plus*.

- 445    [Joannes]:      Ave rependo parvulis.  
       Parvulus 2:      Qvid est, refer,  
                         Qvod amaenitate defluas?  
       Joannes:      Amans potest  
                         Cor nunciare, parvulos vero decet  
                         Aggratulari, jubilis festa addere,  
                         Jubila, triumphos canere.
- 450    Rosilus:      Qvid vero tibi  
       Joannes:      Aggratulemur?  
                         Parvulis totum exevar.  
                         Virginei amoris fomitem, pulchrum ectypon  
                         Dedit clienti Mariophilus. Et vix fruor  
                         Munere adamato, nescio qva se mihi  
                         Obtulerit aliud. Hoc tunc meum ratus,  
       455                  Sed cum venustas Virgo mutasset genas,  
                         Illacrimari, gemere, fundere<sup>bb</sup> anxios  
                         De corde qvestus. Jamqve Mariophili comes  
                         Umbrosa lustrans nemora, suspensum arbore  
                         Se offert videndum pignus, agnoscens meum,  
                         Gestire, plausus agere, laetitia abripi  
                         Solatiisqve diffluere.
- 460    Rosilus:      Vah, qvid refers?  
                         Prodigia loqveris atqve †vuandata† hactenus  
                         Portenta narras.
- Parvulus 3:      Parvulos omnes sacro  
                         Honore reples.
- Parvulus 4:      Fauce praefocas sonos  
                         Comasqve stare cogis attonitas.
- 465    Parvulus 5:      Stupor  
                         Percellit animum.
- Rosilus:      Caelites Joannem amant,  
       [307v]                  Amat Maria plurimum. Qvod sic amet,  
                         Meridiano clarius Phaebo liquet.  
                         En, qvam benigne providet eiqve fovet!  
       470                  Consilia prava dissipat super, suo  
                         Adest Joanni et Caelicam confert opem.

453 qva] qû VC.

457 Jamqve] jaqve VC.

459 Se offert videndum] Datur se intueri offert videndum VC.

462 Prodigia] prodigia VC.

469 qvam] qva VC.

471 Caelicam] caelicat VC.

<sup>bb</sup> *Illacrimari, gemere, fundere*, infinitiv historický. Podobně v. 460–461.

- Hic singularis providae est Matris favor.  
 Joannes: Veneror potentem Virginem, †affertur aestimo†  
 Amo me amantem! Providam Matrem colo.  
 475 [Parvuli]: Veneramur et nos! Colimus et amamus Tui  
 Mariam amantem.

### NUMERUS X.

- [Parvulus]: Maria, delictis fave.  
 Qvam flagitamus gratiam, tribue piis  
 Veniam cupidam lacrimis! Fave impiis,  
 Virgo, pietatem Teque clementem exhibe!  
 480 Joannes: Qvam postulatis gratiam?  
 [Rosilus]: Heu, pudet loqui,  
 Fecisse qvod non puduit.  
 Joannes: Eloqvere tamen,  
 Qvid est, qvod actum pudeat?  
 Parvulus: Horrendum nefas  
 Egisse pudet et paenitet.  
 Joannes: Quid est, refer!  
 Rosilus: In te et Mariam grande commisi scelus!  
 485 Joannes: In me et Mariam!  
 [Rosilus]: Grande commisi scelus.  
 Joannes: Scelus? Qvid illud?  
 Rosilus: Parce, sincere eloqvar.  
 Invida cupido nostra dilectum abstulit  
 Pignus, dedit, qvid vides.  
 Joannes: †Venum ascens†?cc  
 Rosilus: Verum dolenter afferō. Veniam fave  
 490 Scelerique dona gratiam!  
 Joannes: Qvando aut ubi?  
 Rosilus: Hic, dum vacares Morfeo.  
 Joannes: Qvis in nemus detulit?dd  
 Rosilus: Amaenae gratia mentis nemus  
 Subimus omnes, horridus latro exsilit  
 Cunctosque terret parvulos. Fugimus, sed heu,  
 495 Ablatum iniqve pignus haec fuga eripit!

---

474 amantem] amante VC.

494 Fugimus] fuimus VC.

cc Podle následující repliky snad mělo být *verum affers*.

dd Hypermetrický verš.

- [308r] Joannes: Qvis dereliquit in arbore?  
 Rosilus: Ignaros modo  
 Interrogasti. Fors<sup>ee</sup> pius qvidam latro,  
 Sic innuente Virgine.
- 500      Joannes: Hoc credo et bene  
               Est, namque clemens, provida et suo favens  
               Virgo clienti, dulce lenimen animi  
               Merentis.
- Rosilus: Utinam haec Gratiae Mater sua  
 Pietate donet parvulos! O, si impia  
 Haec deleatur noxa, qvam nostrae abluent  
 Lacrimae, et superstes qvamdiu vivam, abluent!
- 505      Joannes: Delet et amanti parvulos omnes sinu  
               Fovere amanter gestit.  
 Rosilus: Indignos fovet.
- Joannes: Dignus amoris, qilibet tantum vices  
 Lubens rependet. Hoc negotium unicum  
 Posthac futurum est: dulce in amando otia  
 Exigere, primam post Deum Matrem Dei  
 Amare, cogitare, spirare et loqvi.
- 510      Parvulus 2: O Virgo clemens, impiis Tuam exhibe  
               Benignitatem, gratiam erratis fave!
- Parvulus 3: O matre svavi svavior, dulci patre  
 Longe, Maria, dulcior, veniam reis  
 Clementer indulge! Deinceps in Tua  
 Vixisse cupio gratia, totum Tuis  
 Amoribus consecro. Qvoad mihi  
 Vitalis aura faverit, pulchrae Parens  
 Dilectionis, diligam Te, o mi Amor!
- 515      Parvulus 5: Spirabo Mariam, qvando spirabo, mea  
               In mente vivet. Qvamdiu vivam, in Tuo  
               Morar amore,<sup>ff</sup> vivo qvi semper Tuus  
               Tuiqve amoris victima.
- Joannes: Hic amor placet,  
 Illi deinceps integrum pectus date.  
 O Maria, dulcis Maria! Devotos Tibi  
 Aspice clientes, servulos, qvin, si placet,

507 dignus] dignos VC.

523 semper] sempe VC.

<sup>ee</sup> *Fors*, zde neklaš. ve významu *forte*.

<sup>ff</sup> Paronomasie.

[308v]

Etiam Te amantes filios. Totos Tibi  
Nos consecramus, corda donamus Tui  
Succensa amore, flammulas addat donec Tui  
Amor, ut amanter ardeant, donec Tui  
Consumpta amore cinis super Caelum evolent!

M. Joannes Tiller<sup>gg</sup>

---

<sup>gg</sup> Jméno autora je spolu s dalším nečitelným slovem začerněno.